



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

225. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

revertantur. Quòd si obedire sacerdotibus noluerint, oportet eos per secularem disciplinam coërceri.

Concil. Turon. 3. c. 46.

De eadem re. *Ex Concilio Moguntiacensi cap. xxxix.*

CCXXV. Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum filiastra fuerit fornicatus, seu cum duabus sororibus nupserit, aut si quæcumque cum duobus fratribus, sive cum patre & filio, si quis relictam fratris, si quis neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam avunculi, aut ejus relictam, aut privignam polluerit, eos disjungi & ulterius nunquam conjugio copulari præcipimus.

Vide supra c. 197. hujus libri.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCXXVI. Contradicimus quoque ut quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum fuerit, separentur.

Concil. Mogunt. sub Kar. M. c. 54. Lib. 5. Capitular. c. 99. Burchard. lib. 7. c. 18.

De eadem re. *Ex Concilio Vuormaciensi.*

CCXXVII. Si quis cum duabus fororibus, seu cum duobus fratribus, aut cum his personis de quibus sacra scriptura prohibet, fornicationem fecerit, si dignam egerit pœnitentiam, & se continere non potest, liceat ei legitimam uxorem vel virum accipere.

Concil. Vuormac. c. 33.

Si quis cum commatre fornicatus fuerit.

Ex eodem.

CCXXVIII. Si quis cum commatre spiritali fuerit fornicatus, usque ad dignam

Concil. Vuormac. c. 34.